Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Historische Sammelhandschrift, dt.Text: Beschreibung Jerusalems – Nürnberg, STN, Cent. III, 93
Signatur:	Cent. III, 93

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

sanctus filius tuus iulianus carthaginensis servus dei satis fieri
sibi hac re peticioni sue eadem fiducia qua proposuit exigeret. Cui
dedi operam et memetipsum in primis confusione pressi. Cui
pleraque reputanti supra modum exestuavisse presencia clades temporum
videbantur. Nactus sum enim preteritos dies non solum eque ut
hos graves verumetiam tanto atrocius miseros quanto longius
a remedio vere religionis alienos ut merito hac scrutacione
claruerit regnavisse mortem avidam sanguinis dum ignoratur
religio que prohiberet a sanguine, ista illucescente illam obstu
puisse, illam concludi cum ista iam prevaleret, illam penitus
nullam futuram cum hec sola regnabit, exceptis videlicet extremis
tamen illis diebus novissimis sub fine seculi et sub apparicione
antichristi vel eciam sub conclusione iudicii quibus futuras an
gustias quales numquam fuerunt dominus christus per scripturas sanctas sua
eciam testificacione predixit, cum non secundum ipsum quidem qui et nunc
et semper est modum verum apertiore ac gloriore discrimine per in
tollerabiles tribulaciones temporum illorum sanctos probacio, impios perdicio
consequetur. Et quia omnes prope tam apud grecos quam apud la
tinos studiosi ad scribendum viri qui res gestas regum populorumque
ob diuturnam memoriam verbis propagaverunt initium scribendi a nino
beli filio rege assiriorum fecere, qui cum opinione ceca mundi
originem creaturamque hominum sine inicio credi velint, cepisse
tamen ab hoc regna bellaque definiunt, velut hactenus humanum genus
ritu pecudum vixerit et tunc primum quasi velut ad novam pruden
ciam concussum suscitatumque vigilaverit, ego inicium miserie homi
num ab inicio peccati primi hominis docere institui paucis dumtaxat isdemque
breviter delibatis. Sunt autem ab adam primo homine usque ad ni
num magnum ut dicunt regem quando natus est abraham
anni tria milia centum lxxx^ta quatuor, qui ab omnibus
hystoriographis vel omissi vel ignorati sunt. A nino autem
vel abraham usque ad cesarem augustum, id est usque ad nativi
tatem christi que fuit anno imperii cesaris xlii cum facta
pace cum parthis iani porte clause sunt et bella toto orbe
cessaverunt, colliguntur anni duo milia xv, in quibus inter
se auctores scriptoresque omnes ocia negociaque triverunt.
Et nunc res ipsa exigit ex his libris quam brevissime vel
pauca contingere eorum qui originem mundi loquentes pre
teritorum fidem annunciacione futurorum et post subsequenti
probacione fecerunt, non quo auctoritate eorum cuiquam videar
in ingerere, sed quia opere precium est de opinione vulgata que
nobis cum omnibus communis est commovere, primum quia si divina